Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



37 42

Dñe uis dicimus ut ignis descendat de celo et
consumat illos. Et conuersus increpauit illos
dicens Nescitis cui spiritui estis filius hominis
non uenit animas perdere sed saluare Et abierunt
in aliud castellum Dñica in lx. G. ad s. paulum

Exurge quare obdormis dñe exurge et ne repellas
in finem quare faciem tuam auertis obliuisceris tribula
tionis nostre adhesit in terra uenter noster exurge dñe
adiuua nos et libera nos Ps Deus auribus nris audiui
mus patres nri annuntiauerunt nobis Glia pri Oratio

Deus qui aspicis quia ex nulla nra actione
confidimus: concede propitius: ut contra omia aduer
sa doctoris gentium protectione muniamur Per
Ibidem Fratres si uenter sustinetis Ad Corinthios
insipientes: cum sitis ipsi sapientes Sustinetis
enim siquis uos in seruitutem redigit: siquis
devorat: siquis accipit: siquis extollitur: siqs
in faciem uos cedit: secundum ignobilitatem dico
quasi infirmi fuerimus in hac parte In quo qs
audet: in insipientia dico audeo et ego Hebrei
sunt: et ego Israelite sunt: et ego semen abra
ae sunt: et ego ministri xpi sunt: et ego Ut
minus sapiens dico: plus ego In laboribus
pluribus: in carceribus habundantius in plagis
super modum: in mortibus frequenter Iudeis
quinquies quadragenas una minus accepi:
Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sum:
ter naufragium feci Nocte ac die in profundo
maris fui In itineribus sepe periculis fluminum
periculis latronum: periculis ex genere: periculis ex
gentibus: periculis in ciuitate: periculis in solitu